

II

VARIATIONES *

* Litteris rubris indicantur verba seu partes in libros liturgicos noviter inducta.

Uncis quadris cum punctis rubris [...] significantur verba seu phrases, quae e textibus librorum liturgicorum posthac omittenda sunt.

Punctis rubris sine uncis quadris ... significantur textus, qui in libris liturgicis manent immutati.

Notae in calce ad textus librorum liturgicorum servantur nisi aliter notetur vel in ipsis quaedam adiungenda vel delenda vel mutanda indicentur.

Novae notae in calce adducendae, donec aliter provideatur, indicantur numero notae praecedentis addito "bis" vel "ter" etc.

In omnibus libris liturgicis, ubi in notis aliqua referentia fit ad numeros *Institutionis generalis Missalis Romani*, necesse est eos concordare cum hodierna editione.

IN MISSALE ROMANUM

IN INSTITUTIONEM GENERALEM MISSALIS ROMANI

CAPUT I

DE CELEBRATIONIS EUCHARISTICÆ MOMENTO ET DIGNITATE

25. Insuper in Missali suo loco aptationes quaedam innuuntur quæ, iuxta Constitutionem de sacra Liturgia, respective competunt aut Episcopo diocesano aut Conferentiæ Episcoporum³⁵ (cf. **etiam** infra, nn. 387, 388-393).

CAPUT VI

DE IIS QUÆ AD MISSÆ CELEBRATIONEM REQUIRUNTUR

III. DE VASIS SACRIS

329. De iudicio Conferentiæ Episcoporum [...] vasa sacra confici possunt etiam aliis ex materiis ...

CAPUT IX

DE APTATIONIBUS QUÆ EPISCOPIS EORUMQUE CONFERENTIIS COMPETUNT

389. Ad Conferentias Episcoporum competit imprimis huius Missalis Romani editionem in probatis linguis vernaculis apparare atque approbare, ut, actis ab Apostolica Sede **confirmatis**, in regionibus ad quas pertinet adhibeatur.¹⁴⁹

Missale Romanum sive in textu latino sive in versionibus vernaculis legitime approbatis integre edendum est.

390. Conferentiarum Episcoporum est aptationes definire et [...] in ipsum Missale introducere, quæ in hac Institutione generali et in Ordine Missæ indicantur, uti sunt:

- fidelium gestus et corporis habitus (cf. supra, n. 43) ;
- gestus venerationis erga altare et Evangeliarium (cf. supra, n. 273) ;
- [...]
- lectiones e Sacra Scriptura peculiaribus in adiunctis desumendæ (cf. supra, n. 362)

...

391. Iisdem Conferentiis spectat versionibus textuum biblicorum qui in Missæ celebratione adhibentur, peculiari cura attendere **et approbare atque Lectionarium, ad normam Ordinis lectionum Missæ, a Sede Apostolica confirmatum edere.** ^{149bis} ...

Nota 149bis : Cf. *Codex Iuris Canonici*, can. 825 § 1 ; *MISSALE ROMANUM, Ordo lectionum Missæ*, editio typica altera 1981, Prænotanda, n. 111.

397. ...

Nostris vero temporibus identitas et expressio unitaria huius Ritus invenitur in editionibus typicis librorum liturgicorum ex auctoritate Summi Pontificis promulgatis et in libris liturgicis illis respondentibus, a Conferentiis Episcoporum pro suis dicionibus probatis atque a Sede Apostolica **confirmatis et, si casus fert, ad normam iuris recognitis.**¹⁶⁰

Nota 160: [...] Cf. *Codex Iuris Canonici*, can. 838 §§ 2 et 3.

IN ORDINEM LECTIONUM MISSÆ

PRÆNOTANDA

79. In Missis in quibus tres lectiones proponuntur, id est dominicis et sollemnitatibus, hae lectiones stricte adhibeantur.¹⁰⁵ [...]

Nota 105 : [...] Cf. *Institutio generalis Missalis Romani*, n. 357.

Nota 106 : delenda est [...]

84. ...

b) In sollemnitatibus calendariorum particularium tres lectiones proponantur, quarum prima e Vetere Testamento (tempore autem paschali ex Actibus Apostolorum vel Apocalypsi), altera vero ex Apostolo, tertia denique ex Evangelio [...].

Nota 109 : delenda est [...]

111. Verbum Dei in coetu liturgico semper nuntiandum est vel e textibus Latinis a Sancta Sede paratis vel ex interpretationibus popularibus ad usum liturgicum a Conferentiis Episcopalibus probatis [...].¹¹⁹

Pericoparum autem biblicarum versio textui latino pro usu liturgico, ex Nova Vulgata sumpto, conformis sit oportet.^{119bis} In vertendis textibus Sacrae Scripturae, servatis principiis sane exegesis atque exquisitae rationis litteratorum, diligenter attendendum est ad usum liturgicum, ad postulata communicationis oralis, proclamationis et cantus, praesertim pro Psalmis et Canticis biblicis.

Optandum vero est ut etiam hae versiones quandam uniformitatem et stabilitatem pedetentim acquirant ita ut, saltem in praecipuis textibus, habeatur unica translatio approbata a pluribus Conferentiis Episcoporum in nationibus quibus eadem lingua utitur.^{119ter}

Nota 119 : [...] Cf. *Codex Iuris Canonici*, can. 825 § 1.

Nota 119bis: Cf. Ioannes Paulus II, Const. Ap. *Scripturarum thesaurus*, diei 25 aprilis 1979: *Nova Vulgata Bibliorum Sacrorum*, Typis Polyglottis Vaticanis 1979.

Nota 119ter: Conc. Vat. II, Const. de sacra Liturgia *Sacrosanctum Concilium*, n. 36.

112. Lectionarium Missæ ex integro, Praenotandis non praetermissis, transferendum est, in omnibus suis partibus. Si Conferentia Episcopalis quasdam accommodationes afferre necessarium opportunumque duxerit, hae post *Apostolicae* Sedis *recognitionem* inducantur. ¹²⁰

Nota 120: [...] Cf. *Codex Iuris Canonici*, can. 838 § 2.

IN LIBROS PONTIFICALIS ROMANI

IN ORDINEM CONFIRMATIONIS

PRÆNOTANDA

17. Episcoporum Conferentia considerabit num, attentis locorum et rerum adiunctis necnon ingenio et traditionibus populorum, opportunum sit:

a) convenienter aptare formulas, quibus promissiones et professiones baptismales renoventur, sive ad ipsum textum in Ordine Baptismi occurrentem attendendo, sive ipsas formulas accommodando, quo aptius confirmandorum conditioni respondeant, *actis ab Apostolica Sede recognitis*;

b) alium modum inducere ad pacem per ministrum dandam post unctionem sive singulis sive omnibus simul confirmatis, *actis ab Apostolica Sede recognitis*.

IN ORDINEM DEDICATIONIS ECCLESIAE ET ALTARIS

CAPUT VII

ORDO BENEDICTIONIS CALICIS ET PATENÆ

PRÆNOTANDA

3. Quilibet sacerdos calicem et patenam benedicere potest, dummodo secundum normas, quæ in Institutione generali Missalis Romani, nn. 328-332, indicantur, confecta sint.

IN LIBROS SEU TITULOS RITUALIS ROMANI

IN ORDINEM EXSEQUIARUM

PRÆNOTANDA

DE APTATIONIBUS CONFERENTIARUM EPISCOPALIIUM CURA PARANDIS

21. Conferentiis Episcopalibus competit, vi Constitutionis de sacra Liturgia (art. 63b), in Ritualibus particularibus parare titulum, qui huic titulo Ritualis Romani respondeat, singularum tamen regionum necessitatibus accommodatum, ut, actis ab Apostolica Sede recognitis, in regionibus ad quas pertinet adhibeatur.

Qua in aptatione, Conferentiarum Episcopalium erit:

- 1) Aptationes definire, intra limites in hoc titulo statutos.
- 2) Sedulo et prudenter considerare quid ex traditionibus ingenioque singulorum populorum opportune admitti possit, ideoque alias aptationes, quæ utiles vel necessariae existimentur, Apostolicæ Sedi proponere [...] *et, post ipsius recognitionem, introducere.*
- 3) Propria autem Ritualium particularium iam exstantium elementa, si quæ habeantur, retinere, dummodo cum Constitutione de sacra Liturgia et necessitatibus hodiernis componi possint, vel ea aptare, *actis ab Apostolica Sede recognitis.*
- 4) Versiones textuum parare, ita ut ingenio variarum linguarum culturarumque vere sint accommodatae, *et eas approbare, actis ab Apostolica Sede confirmatis,* additis, quotiescumque opportunum fuerit, melodiis cantui aptis.
- 5) Prænotanda, quæ in Rituali Romano habentur, aptare atque complere, ita ut ministri significationem rituum plene intellegant et effectum compleant, *actis ab Apostolica Sede recognitis.*
- 6) In editionibus librorum liturgicorum cura Conferentiarum Episcopalium parandis, materiam ordinare modo qui ad usum pastorem aptissimus videatur ita, tamen, ut de materia, quæ in hac editione typica continetur, nihil omittatur.

Si quæ vero rubricas vel textus adicere opportunum videatur, congruo signo vel caractere typographico distinguantur a rubricis et textibus Ritualis Romani.

22. In parandis Ritualibus particularibus de exsequiis, Conferentiarum Episcopaliū erit, **actis ab Apostolica Sede confirmatis (cf. supra n. 21, 6) vel recognitis (cf. supra n. 21, 3 et 5):**

...

IN ORDINEM BAPTISMI PARVULORUM

DE INITIATIONE CHRISTIANA

PRÆNOTANDA GENERALIA

IV. DE APTATIONIBUS QUÆ CONFERENTIIS EPISCOPALIBUS COMPETUNT

30. Conferentiis Episcopalibus competit, vi Constitutionis de sacra Liturgia (art. 63b), in Ritualibus particularibus parare titulum, qui huic Ritualis Romani titulo respondeat, accommodatum singularum regionum necessitatibus, ut, **actis ab Apostolica Sede recognitis**, in regionibus ad quas pertinet adhibeatur.

Qua in re, Conferentiarum Episcopaliū erit:

- 1) Aptationes definire, de quibus in art. 39 Constitutionis de sacra Liturgia, **actis ab Apostolica Sede recognitis**.
- 2) Sedulo et prudenter considerare quid ex traditionibus ingenioque singulorum populorum opportune admitti possit; ideoque alias aptationes, quæ utiles vel necessariæ existimantur, Apostolicæ Sedi proponere [...] **et, post ipsius recognitionem, introducere**.
- 3) Propria autem Ritualium particularium iam exstantium elementa, si quæ habentur, retinere, dummodo cum Constitutione de sacra Liturgia et necessitatibus hodiernis componi queant, vel ea aptare, **actis ab Apostolica Sede recognitis**.
- 4) Versiones textuum parare, ita ut ingenio variarum linguarum atque culturalum vere sint accommodatæ, **necnon eas approbare, actis ab Apostolica Sede confirmatis**. Addere possunt, **quoties** opportunum fuerit, **melodias** cantui **aptas**.
- 5) Prænotanda, quæ in Rituali Romano habentur, aptare et complere, ita ut ministri significationem rituum plene intellegant et effectu compleant, **actis ab Apostolica Sede recognitis**.

6) In editionbus librorum liturgicorum cura Conferentiarum Episcopaliū parandis, materiam ordinare modo qui ad usum pastorem aptissimus videatur.

31. Attentis praesertim normis in nn. 37-40 et 65 Constitutionis de sacra Liturgia, in terris Missionum, Conferentiarum Episcopaliū est iudicare an elementa initiationis, quae apud aliquos populos in usu esse reperiuntur, ritui Baptismatis christiani accommodari possint, et decernere an sint in eo admittenda, *actis ab Apostolica Sede recognitis*.

32. Quando Rituale Romanum Baptismi plures exhibet formulas ad libitum, Ritualia particularia possunt alias formulas eiusdem generis adicere, *actis ab Apostolica Sede recognitis*.

IN ORDINEM INITIATIONIS CHRISTIANÆ ADULTORUM

PRÆNOTANDA

IV. DE ADAPTATIONIBUS, QUAS CONFERENCE EPISCOPALES, HOC RITUALI ROMANO UTENTES, FACERE POSSUNT

64. Praeter adaptationes in Praenotandis generalibus (nn. 30-33) praevias, Ordo initiationis adultorum alias accommodationes a Conferentiis Episcopalibus definiendas admittit, *actis ab Apostolica Sede recognitis*.

IN ORDINEM CELEBRANDI MATRIMONIUM

PRÆNOTANDA

IV. DE ADAPTATIONIBUS CONFERENCE EPISCOPORUM CURA PARANDIS

40. Qua de re, Conferentiarum Episcoporum erit:

1) Adaptationes definire, de quibus infra (nn. 41-44), *actis ab Apostolica Sede recognitis*.

2) Praenotanda, quae in Rituali Romano habentur inde a n. 36 et sequentibus (De ritu adhibendo), si casus fert, aptare et complere ad participationem fidelium consciam et actuosam reddendam, *actis ab Apostolica Sede recognitis*.

3) Versiones textuum parare, ita ut indoli variorum sermonum atque ingenio diversarum culturarum vere accommodentur, **necnon eas approbare, actis ab Apostolica Sede confirmatis. Possunt præterea addere**, quoties opportunum fuerit, **melodias** cantui **aptas**.

4) In editionibus parandis, materiam ordinare modo qui ad usum pastorem aptior videatur.

IN ORDINEM UNCTIONIS INFIRMORUM EORUMQUE PASTORALIS CURÆ

PRÆNOTANDA

IV. DE APTATIONIBUS QUÆ CONFERENTIIS EPISCOPALIBUS COMPETUNT

38. Conferentiis Episcopalibus competit, vi Constitutionis de sacra Liturgia (art. 63b), in Ritualibus particularibus parare titulum qui huic Ritualis Romani titulo congruat, accommodatum singularum regionum necessitatibus, ut [...] in regionibus ad quas pertinet adhibeatur.

Qua in re, Conferentiarum Episcopaliū erit:

a) Aptationes definire, de quibus in art. 39 Constitutionis de sacra Liturgia, **actis ab Apostolica Sede recognitis**.

b) Sedulo et prudenter considerare quid ex traditionibus ingenioque singulorum populorum opportune admitti possit; ideoque alias aptationes, quæ utiles vel necessariae existimantur, Apostolicæ Sedi proponere [...] **et, post ipsius recognitionem, introducere**.

c) Quædam propria Ritualium particularium circa infirmos iam exstantium elementa, si quæ habentur, retinere, dummodo cum Constitutione de sacra Liturgia et necessitatibus hodiernis componi queant, vel ea aptare, **actis ab Apostolica Sede recognitis**.

d) Versiones textuum parare, ita ut indoli variorum sermonum atque ingenii culturarum vere accommodentur, **necnon eas approbare, actis ab Apostolica Sede confirmatis. Præterea addere possunt**, quoties opportunum fuerit, **melodias** cantui **aptas**.

e) Prænotanda, quæ in Rituali Romano habentur, si casus fert, aptare et complere ad participationem fidelium consciam et actuosam reddendam, **actis ab Apostolica Sede recognitis**.

f) In editionibus librorum liturgicorum cura Conferentiarum Episcopaliū parandis, materiam ordinare modo qui ad usum pastorem aptissimus videatur.

39. Quando Rituale Romanum Baptismi plures exhibet formulas ad libitum, Ritualia particularia possunt alias formulas eiusdem generis adicere, **actis ab Apostolica Sede recognitis**.

IN ORDINEM PÆNITENTIÆ

PRÆNOTANDA

VI. DE APTATIONIBUS RITUS AD VARIAS REGIONES ET ADIUNCTA

De aptationibus quas Conferentiæ Episcopales facere possunt

38. Conferentiis Episcopalibus competit, in Ritualibus particularibus apparandis, hunc Ordinem Pænitiæ accommodare singularum regionum necessitatibus, ut, actis ab Apostolica Sede **confirmatis vel recognitis**, in regionibus ad quas pertinent, adhibeantur. Qua in re Conferentiarum Episcopaliū erit:

a) Normas circa disciplinam sacramenti Pænitiæ statuere, in iis præsertim quæ ad ministerium sacerdotum et reservationem peccatorum spectant, **actis ab Apostolica Sede recognitis**.

b) Normas pressius determinare quoad locum aptum ad ordinariam sacramenti Pænitiæ celebrationem et quoad signa pænitiæ a fidelibus exhibenda in absolutione generali (cf. Supra n. 35), **actis ab Apostolica Sede recognitis**.

c) Versiones textuum parare, quæ uniuscuiusque populi indoli et sermoni vere sint accommodatæ, **atque eas approbare, actis ab Apostolica Sede confirmatis**. Itemque novos textus componere pro precibus sive fidelium sive ministri, formula sacramentali integre servata, **actis ab Apostolica Sede recognitis**.

IN DE SACRA COMMUNIONE ET DE CULTU MYSTERII EUCHARISTICI EXTRA MISSAM

PRÆNOTANDA GENERALIA

IV. DE IIS QUÆ CONFERENTIIS EPISCOPALIBUS COMPETUNT

12. Conferentiis Episcopalibus competit, in Ritualibus particularibus, ad normam Constitutionis de sacra Liturgia (n. 63b), hunc Ritualis Romani titulum accommodare singularum regionum necessitatibus, ut, actis ab Apostolica Sede recognitis, in regionibus ad quas pertinet adhibeatur.

Qua in re Conferentiarum Episcopaliū erit:

a) sedulo et prudenter considerare quænam elementa, si quæ habeantur, ex traditionibus populorum retineri aut admitti possint, dummodo cum spiritu sacræ Liturgiæ componi queant; ideoque aptationes, quæ utiles vel necessariæ existimantur, Apostolicæ Sedi proponere [...] *et, post ipsius recognitionem, introducere.*

b) versiones textuum parare, ita ut indoli variorum sermonum atque ingenio culturarum vere accommodentur, *necnon eas approbare, actis ab Apostolica Sede confirmatis. Alios textus, præsertim pro cantu, parare et approbare ad normam iuris.*

IN DE BENEDICTIONIBUS

PRAENOTANDA GENERALIA

V. DE APTATIONIBUS QUÆ CONFERENTIIS EPISCOPORUM COMPETUNT

39. Conferentiis Episcoporum competit, vi Constitutionis de Sacra Liturgia, ³⁴ Rituale particulare exarare quod huic titulo Ritualis Romani respondeat, singularum tamen regionum necessitatibus accommodatum ut, actis ab Apostolica Sede recognitis *vel confirmatis*, ³⁵ in regionibus ad quas pertinet adhibeatur.

Qua in re, Conferentiarum Episcoporum erit:

a) Aptationes definire, iuxta principia in hoc libro statuta rituum tamen structura propria servata *atque eas, post Apostolicæ Sedis recognitionem, introducere.*

b) Sedulo ac prudenter considerare quid ex traditionibus ingenioque singulorum populorum opportune admitti possit, ideoque alias aptationes, quæ utiles vel necessariæ existimentur, proponere *et, post Apostolicæ Sedis recognitionem, introducere.* ³⁶

c) Proprias autem Ritualium particularium iam exstantium benedictiones si quæ habentur, vel antiqui Ritualis Romani et quæ adhuc in usu sint, retinere, dummodo cum mente Constitutionis de Sacra Liturgia, et principiis in hoc titulo expositis ac necessitatibus hodiernis componi queant; vel ea aptare *et, post Apostolicæ Sedis recognitionem, introducere.*

d) In variis benedictionum Ordinibus, præsertim quando plures formulæ ad libitum eligendæ exhibentur, alias etiam formulas eiusdem generis præter eas quæ in Rituali Romano inveniuntur, adicere *et, post Apostolicæ Sedis recognitionem, introducere.*

e) Prænotanda, sive generalia sive particularia uniuscuiusque Ordinis, quæ in hoc libro habentur, non solum integre vertere, sed, si casus ferat, complere, *actis ab Apostolica Sede debite recognitis*, ita ut ministri significationem rituum plenius intellegant ac fidelium participatio conscia et actiosa reddatur.

f) Illas partes complere quæ in libro desiderantur, ut v. gr. alias lectiones præbere, quæ utiles esse possunt; cantus aptiores indicare.

g) Versiones textuum parare, ita ut indoli variorum sermonum atque ingenio diversarum culturalium accommodentur, **necnon eas approbare et ad confirmationem Apostolicæ Sedis præbere.**

h) In editionibus libri materiam ordinare modo qui ad usum pastorem aptior videatur, partes libri separatim edere, præcipuis prænotandis semper præmissis, **actis ab Apostolica Sede confirmatis.**

IN DE EXORCISMIS ET SUPPLICATIONIBUS QUIBUSDAM

PRAENOTANDA

VI. DE APTATIONIBUS QUÆ CONFERENTIIS EPISCOPORUM COMPETUNT

37. Conferentiarum Episcoporum est :

a) Versiones textuum parare integras et amussim fideles textui originali authentico **apparare, approbare et confirmationi Apostolicæ Sedis præbere.**

b) Signa et gestus ipsius ritus, si hoc necessarium vel utile iudicatur, attenta cultura et genio ipsius populi, de consensu Sanctæ Sedis aptare, **et actis recognitis in hunc Ritualis titulum introducere.**

IN MARTYROLOGIUM ROMANUM

PRAENOTANDA

V. DE PROPRIIS MARTYROLOGII

38. Unicuique diœcesi, nationi vel familiæ religiosæ exarare licet Proprium Martyrologii seu Appendicem Martyrologii, in qua Sancti et Beati enuntientur in Calendario Proprio inscripti, qui a Martyrologio Romano absint vel diverso die celebrentur vel alio gradu celebrationis peragantur vel quorum elogium opportune aliquantulum amplificare visum est. Huiusmodi Proprium ad Congregationem de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum transmittatur ad recognitionem et [...] confirmationem obtinendam.

VI. DE APTATIONIBUS QUÆ CONFERENTIIS EPISCOPORUM COMPETUNT

41. Convenit ut in Martyrologio edendo elogia cuiusvis diei, quæ totius nationis vel dicionis ex concessione Sanctæ Sedis censenda sunt propria, primo loco ponantur post elogia, quæ ad celebrationes pertinent in Calendario Generali inscriptas, et eisdem imprimantur typis. Illa vero elogia, quæ regionis vel diœcesis sunt propria, in Appendice particolari locum semper habeant. Textus autem cuiuscumque editionis Conferentiæ Episcoporum ad normam iuris approbandus est et Sedi Apostolicæ [...] **præbendus ad confirmationem obtinendam**. Quod valet, mutatis mutandis, pro quavis familia religiosa.